

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Oratio bx
cum fonte primo

Oratio posita est per quam ira Domini suspenditur, uenia procuratur, pena refugitur et premiorum largitas impetratur; cum Domino loquitur, cum iudice fabulatur, presentem sibi facit quem uidere non preualet,

ad penetralia iudicis preceptor admittitur, et nullus inde respuitur nisi qui in ea tepidus inuenitur.

Casiodorus super Psalmos.

In primis
oratio posita est, per quam ira Domini suspenditur, uenia procuratur, poena refugitur et praemiorum largitas impetratur, cum Domino loquitur, cum Iudice fabulatur, praesentem sibi facit quem uidere non praeualet
et illum per eam placat, quem suis actibus uehementer exaggerat. Haec Domini quodammodo praestat secretum, praebet suggestionibus locum, ad penetralia Iudicis peccator admittitur; et nullus inde respuitur, nisi qui in ea tepidus inuenitur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 89, 1 (CCSL 98, M. Adrien ed., pp.820-1, ll.3-11).